

**TESTI**  
**I modulo**

1. Cic. *Brut.* 72 (soggetto: *Livius Andronicus*) *primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit anno ipso ante quam natus est Ennius.*
2. Norma delle aree periferiche: celt. > *Vercingeto-rix / Orgeto-rix*; sansc. *maha-rāja* = *magnus rex*.
3. indoeuropeo *\*sabha*, italico *\*saf*, latino *\*sab-*: cfr. *Samnium* (da *\*Sab-nium*), *Samnites*, *Sabini*, *Sabelli*.
4. Gamma uncinato o gamma corinzio: **C**.
5. Tac. *ann.* 11, 14 *in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato...didicerunt* (formas litterarum).
6. Cfr. greco ἀμόργη (leggi: *amórghe*) > latino **amurca**.
7. Cfr. greco σπυρίδα (leggi: *spyrída*) > latino **sporta**. Αλέξανδρος (leggi: *Aléxandros*) > etrusco **Alixentros**. Κασσάνδρα (leggi: *Kassándra*) > etrusco **Casenter**.
8. Cfr. σπυρίδα (leggi: *spyrída*) > latino **sporta**.
9. Cfr. Κασσάνδρα (leggi: *Kassándra*) > etr. **Casenter**.
10. *sakros; recei; iouxmenta; iouestod; kalatorem*.
11. *sakros \*sakra \*sakrom* > *sacer sacra sacram*.
12. *sakros* > *\*sakṛs* > *\*sacers* > *\*sacerr* > *sacer*.
13. *iouxmenta* > *ioumenta* > *iūmenta*.
14. *iouestod* > *\*iouestod* > *iūstod* > *iūsto*.
15. *CIL I<sup>2</sup>, 4 Iouesat deiuos qui med mitat nei ted endo cosmis uirco sied...Duenos med feced.*
16. *duenōs* > *duonōs* > *bonōs* > *bonūs*.
17. *duened* > *bene*, *duellum* > *bellum*, *duis* > *bis*, *duenorūm* > *bonorūm*.
18. Cic. *or.* 153 *ut «duellum bellum», «duis bis», sic «Duellium» eum qui Poenos classe deuicit «Bellum» nominauerunt, cum superiores appellati essent semper «Duellii».*
19. Hier. *adu. Iouin.* I 46 *Duilius qui primus Romae nauali certamine triumphauit, Billiam uirginem duxit uxorem.*
20. *iovesat* > *iousat* > *iourat* > *iūrat*.
21. *deiuōs* > *deiuōs* > *dīuōs*.
22. *qoi* > *quoi* > *quei* > *quī*.
23. *cosmis* > *cōmis* (cfr. *\*čs-dem* > *īdem*, ma *čdem* neutro ).

**24.** *sied* > *siet* > *sit.*

**25.** *delapidassit, faxit, incantassit, legassit, noxit, nuncupassit, occisit, rupsit, uenumduit.*

**26.** siem sies siet simus sitis sint > sim sis sit simus sitis sint.

## 27. CIL I<sup>2</sup>, 3 MANIOS MED FHE FHAKED NVMASIOI.

**28.** Dativo singolare dei temi in *-ō* / *-e*: *ō* + *ei* > *ōi*: *Numasiō* + *ei* > *Numasiōi* > *Numeriō*.

**29. Fenomeno del rotacismo:**  $s > z > r$ : \*ausosa > \*auzoza > aurora. Cic. fam. 9, 21, 2 primus 'Papisius' est vocari desitus. Pomp. = Dig. 1, 2, 2, 36 r litteram inuenit (sogg.: Appius Claudius), ut pro Valesii Valerii essent, pro Fusii Furii.

<sup>30</sup> CIL I<sup>2</sup> 6 ex antiqua inscriptione legitur tantum [...] o Cn f Scipio > [L. Cornelii]o Cn. f. Scipio.

31. CIL I<sup>2</sup> 7:

Cornelius Lucius Scipio Barbatus  
Gnaiuod patre prognatus, fortis uir sapiensque  
quoius forma uirtutei parisuma fuit,  
consol censor aidilis quei fuit apud uos,  
Taurasia Cisauna Samnio cepit,  
subigit omne Loucanam opsidesque abdoucit.

**32.** Quint. I 7, 28 *Gaius C littera significatur...nec Gnaeus eam litteram in praenominis nota accipit, qua sonat.* Cfr. Diomede in GLK I 423 *G noua est consonans, in cuius locum C solebat adponi, sicut hodieque cum Gaium notamus...scribimus C.*

33. [Lucio Cornelii]o Cn<aii> f<ilio> Scipio (= Lucius Cornelius Gnaei filius Scipio).

34. Segni alfabetici dell'imperatore Claudio: *acca dimidia* (= I), *digamma inversum* (= ɿ, ad es. *uinum* > ɿ*inum*), *antisigma* (= Ͳ).

**TESTI**  
**II modulo**

1. *lyra* (λύρα). *Zephyrus* (Ζέφυρος).

2. alfabeto latino:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z  
 a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z  
 a be ce (leggi *ke*) de e ef ge (leggi *ghe*) ha i ka el em en o pe qu er es te u ix hy zeta.

3. alfabeto italiano:

A B C D E F G H I L M N O P Q R S T U V Z  
 a b c d e f g h i l m n o p q r s t u v z  
 (a, bi, ci, di, e, effe, gi, acca, i, elle, emme, enne, o, pi, qu, erre, esse, ti, u, vi o vu, zeta)<sup>1</sup>.

Grafema	Definizione fonetica
p	Occlusiva bilabiale sorda
b	Occlusiva bilabiale sonora orale
m	Occlusiva bilabiale sonora nasale
t	Occlusiva dentale sorda
d	Occlusiva dentale sonora orale
n	Occlusiva dentale sonora nasale
c	Occlusiva velare sorda
k	Occlusiva velare sorda
q <sup>2</sup>	Occlusiva velare sorda
g	Occlusiva velare sonora
q <sup>u</sup>	Occlusiva labiovelare sorda
f	Continua costrittiva labiodentale sorda
s	Continua costrittiva alveolare sorda
r	Continua vibrante alveolare
l	Continua laterale alveolare
z (=ζ) <sup>3</sup>	Affricata: articolazione intermedia tra occlusiva (d,t) e continua (s)
x	Affricata: articolazione intermedia tra occlusiva (c, g) e continua (s).
h <sup>4</sup>	<i>Signum adspirationis</i>

4. Grafia della **u** vocalica minuscola (latino *unus* / italiano *uno*) e della **u** semivocalica o consonantica minuscola: latino *uinum* / italiano *vino*). Grafia della **u** vocalica maiuscola (latino

1 Lettere straniere sono: **J j**, **K k**, **W w**, **X x**, **Y y**.

2 Questa lettera è solitamente impiegata nel latino arcaico davanti ad *o* e ad *u*: *qoi*, *qomes*, *qura*.

3 Si tratta di una consonante doppia, introdotta nell'alfabeto latino nella seconda metà del sec. I a. C. ed impiegata per la traslitterazione di parole greche: es. γάζα > *gaza* (*gad-sa*).

4 Questa lettera è impiegata per la trascrizione di parole greche che presentano la serie delle aspirate, che sono ignote al sistema fonologico latino, così **ch** = χ (es.: *charta*, *chrisma*). **ph** = φ (es. *philosophia*). **th** = θ (es.: *bibliotheca*).

*VNVM* / italiano **UNO**) e della **u** consonantica maiuscola (latino *VINVM* / italiano *VINO*).

5. Pronuncia classica: **Cáesar, amóenus** / pronuncia italiana: **César, aménus**.

6. Pronuncia classica: **Crescentianus** (*Cres-ken-ti-a-nus*) / pronuncia assibilata: *Crescentsianus* (*Cres-cen-tsia-nus*). Cfr. **gratia** (*gra-ti-a*) e **gratja** (*gra-tja*).

7. Pronuncia classica: **Kikero, ghenus** / pronuncia italiana: **Cicero, genus**.

8. Pronuncia classica: **cog-nos-ke-re** / pronuncia italiana: **co-gno-sce-re**.

9. **mihi > mī, nihil > nīl, \*ne-homo > \*ne-hemo > nēmo.**

10. Pronuncia classica: **uinum** / pronuncia italiana: **vinum**.

11. Tipologie sillabiche:

- a. sillaba formata da sola vocale: **a-moe-nus**;
- b. sillaba formata da vocale + consonante di chiusura: **al-ma**;
- c. sillaba formata da consonante iniziale + vocale: **do-num**;
- d. sillaba formata da consonante iniziale + vocale + consonante di chiusura: **al-tus**.

12. **fāc-** (da *fac-tus*). Sillaba aperta con vocale breve + consonante di chiusura = sillaba lunga (**fā + c**).

13. I dittonghi latini: **ăe, ăe, ău, ēu, ēi, ūi**.

14. Quantità delle vocali latine: **ā ē ī ū / ā ē ī ū ū**. Anche la *y*, vocale straniera, può presentare quantità breve o quantità lunga.

15. Quantità distintive: **lēgit / lēgit. lēuis / lēuis. pōpulus / pōpulus. mālum / mālum. diligentī / diligentīā**.

16. **vir-tus, sum-mus** (cfr. it. *vir-tù*, som-mo); **hos-tis, res-pon-sum** (ma it. *o-ste, re-spon-so*).

17. **dexter > decs-ter**, ma **im-brem, ma-gis-trum, am-plus, in-gra-tus**.

18. **di-sce-po-lo; a-gnel-lo; dis-ci-pu-lus; ag-nus**.

19. **re-qui-si-to / re-qui-ro**.

20. **an-guis**, ma **an-gu-lus; ar-gu-o**.

21. **maiор > mai-ior**.

22. **con-su-li-bus**.

23. **istíc** (< *istíce*), **istúc** (< *istúce*), **addíc** (< *addíce*), **addúc** (< *addúce*), **tantón** (< *tantóne*), **Arpinás** (\**Samnítis* > \**Samníts* > \**Samníss* > *Samnís*; \**Arpináti-s* > \**Arpinatis* > *Arpinát-s* > \**Arpinás-s* > *Arpinás*).

24. **movēre > movére; legēre > légere**.

**25.** Accento d'enclisi: **a.** *rosa violāque* (= *violáque*) *flores sunt*. **b.** *Egōmet* (= *egómet*). **c.** *Puellāne* (= *puelláne*) *mansit domi?* **d.** *Duo triāve* (= *triáve*) *milia hostium.*

**26.** *fūgio / fūgi, iūvo / iūvi, mōveo / mōvi, sēdeo / sēdi, vēnio / vēni, vīdeo / vīdi. pēs pēdis.*

**27.** *tēgo / tōga, nōceo / nēcem, mōneo / mēntem, tērra / extōrris,*

**28.** *ăgo / ēgi, fācio / fēci, frāngō frēgi, iācio / iēci.*

**29.** Esempi di apofonia latina:

Colonna A	Colonna B	Colonna C
Fă-ci-o: per-fī-ci-o	E-quěs: e-quī-tis	Făc-tus: per-fěc-tus
Mě-di-us: di-mī-di-us	I-tă: i-tī-dem	Ān-nus: bi-ěn-ni-um
Lō-cus: i-lī-co	Ca-pūt: ca-pī-tis	Ār-ma: i-něr-mis
Tă-ber-na: con-tū-ber-na-lis	ma-nūs: ma-nī-ca	Părs: ex-pěrs
Ră-pi-o: ad-rī-pi-o	Le-gě: le-gī-te	Căr-po: de-cěr-po
Că-pi-o: in-cī-pi-o	au-cěps: au-cū-pis	Cěr-no: de-cěr-no
	Flu-měn: flu-mī-nis	Āp-tus: i-něp-tus
	Vir-gō: vir-gī-nis	Ār-ce-o: co-ěr-ce-o

**30.** *tān-go: con-tīn-go. sep-tēm: sep-tīn-gen-tī. pă-ri-o: pe-pē-ri. să-li-o: de-sī-lia, de-sūl-tum.*

**31.** \*căi-do: \*de- căi-do (pronuncia *decáido*) > \*de-cěi-do (pronuncia *decéido*) > *de-cī-do* (*decído*). clău-do: \*ex-clău-do (pronuncia *excláudo*) > \*ex-clěu-do (*excléudo*) > *ex-clū-do* (*exclúdo*).

**32.** \*dékiteros > \*dexteros > \*dexters > \*dexterr > *dexter.*

**TESTI**  
**III DECLINAZIONE**

1. *puellā-rum, dominō-rum, civī-um / reg-um, fructuū-um, diē-rum.*

2. Prospetto delle desinenze della III declinazione:

maschile e femminile	maschile e femminile	neutro	neutro
singolare	plurale	singolare	plurale
Nom.: <b>-s / -ō</b>	Nom.: <b>-es</b>	Nom.: <b>ō</b>	Nom.: <b>-ā</b>
Gen.: <b>-īs</b>	Gen.: <b>-ūm</b>	Gen.: <b>-īs</b>	Gen.: <b>-ūm</b>
Dat.: <b>-ī</b>	Dat.: <b>-bus</b>	Dat.: <b>-ī</b>	Dat.: <b>-bus</b>
Acc.: <b>-ēm / īm</b>	Acc.: <b>-ēs / -īs</b>	Acc. = Nom.	Acc. = Nom.
Voc. = Nom.	Voc.: <b>-es</b>	Voc. = Nom.	Voc. = Nom.
Abl.: <b>= -ě-/ -ī</b>	Abl.: <b>-bus</b>	Abl.: <b>= -ě-/ -ī</b>	Abl.: <b>-bus</b>

3. *pleb-s. \*reg-s > rex. virtut-s > virtus-s > virtus. colli-s. gru-s. hiem-s. consul, orator, regio, leo, caput, cor, corpus, flumen, lac, mare, marmor, mel.*

4. *consul-ṁ > consul-em; reg-ṁ > reg-em. puppi-m.*

5. *\*pupp-ei-es > \*puppees > puppēs.*

6. *-ōm > -ōm > -um.*

7. *-\*bhōs > -\*bōs > -bus.*

8. *\*reg-ns > \*regens > regēs. \*puppi-ns > puppīs (alternante con puppēs).*

9. *ancep-s, ancip-it-is. praecep-s, praecip-it-is.*

10. *virtut-s > \*virtus-s > virtus.*

11. *\*ama-nt-s > \*amans-s > amans.*

12. *\*noct-s > \*nocts-s > \*nocts > nox.*

13. *\*imbr(i)s > \*imb̄s > \*imbers > \*imberr > imber.*

14. *\*marī > marē; \*animalī > \*animalē > animal; calcari > calcarē > calcar.*

**TESTI**  
**III modulo**

1. Ov. *met.* 15, 177-185.

...nihil est toto, quod perstet, in orbe.  
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.  
Ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu,  
non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen      180  
nec levis hora potest, sed ut unda impellitur unda  
urgeturque eadem veniens urgetque priorem,  
tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur  
et nova sunt semper; nam quod fuit ante, relicum est,  
fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur      185

2. Ov. *Met.* 15, 165 *Omnia mutantur;* 5, 252 *Nec species sua quique manet.*

3.

Orazio, <i>carm.</i> III 30.	Ovidio, <i>met.</i> 15, vv. 871-9
<b>Exegi monumentum</b> aere perennius	Iamque <b>opus exegi</b> , quod nec Iovis ira nec ignes
regalique situ pyramidum altius,	non poterit ferrum nec <b>edax</b> abolere vetustas.
quod non imber <b>edax</b> , non Aquilo impotens	Cum volet, illa dies, quam nil nisi corporis huius
possit diruere aut innumerabilis	ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi;
annorum series et fuga temporum.	parte tamen meliore mei super alta perennis
Non omnis <b>moriar</b> multaque pars mei	astra <b>ferar</b> , nomenque erit indeleibile nostrum,
vitabit Libitinam: usque ego postera	<b>quaque</b> patet domitis Romana potentia terris,
crescam laude recens, dum Capitolium	ore <b>legar</b> populi, perque omnia saecula fama,
scandet cum tacita virgine pontifex.	siquid habent veri vatum praesagia, vivam.
<b>Dicar, qua</b> violens obstrepit Aufidus	
et qua pauper aquae Daunus agrestium	
regnavit populorum, ex humili potens,	
princeps Aeolium carmen ad Italos	
deduxisse modos. Sume superbiam	
quaesitam meritis et mihi Delphica	
lauro cinge volens, Melpomene, comam.	

4. Ovidio, *Metamorfosi*, I, vv. 1-88:

In nova fert animus mutatas dicere formas  
corpora; di, coeptis (nam vos mutatis et illa),  
adspirate meis primaque ab origine mundi  
ad mea perpetuum deducite tempora carmen.  
Ante mare et terras et, quod tegit omnia, caelum      5  
unus erat toto naturae vultus in orbe,  
quem dixere chaos, rudis indigestaque moles  
nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem  
non bene iunctarum discordia semina rerum.

Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan,  
nec nova crescendo reparabat cornua Phoebe,  
nec circumfuso pendebat in aëre tellus  
ponderibus librata suis, nec bracchia longo  
margine terrarum porrexerat Amphitrite.  
Utque erat et tellus illic et pontus et aër,  
sic erat instabilis tellus, innabilis unda,  
lucis egens aér; nulli sua forma manebat  
obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno  
frigida pugnabant calidis, umentia siccis,  
mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.  
Hanc deus et melior litem natura diremit;  
nam caelo terras et terris abscidit undas  
et liquidum spisso secrevit ab aëre caelum.  
Quae postquam evolvit caecoque exemit acervo,  
dissociata locis concordi pace ligavit.  
Ignea convexi vis et sine pondere caeli  
emicuit summaque locum sibi fecit in arce.  
Proximus est aér illi levitate locoque;  
densior his tellus elementaque grandia traxit  
et pressa est gravitate sua; circumfluus umor  
ultima possedit solidumque coërcuit orbem.  
Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille deorum,  
congeriem secuit sectamque in membra redigit,  
principio terram, ne non aequalis ab omni  
parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.  
Tum freta diffudit rapidisque tumescere ventis  
iussit et ambitae circumdare litora terrae.  
Addidit et fontes et stagna inmensa lacusque  
fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,  
quae, diversa locis, partim sorbentur ab ipsa,  
in mare pervenient partim campoque recepta  
liberioris aquae pro ripis litora pulsant.  
Iussit et extendi campos, subsidere valles,  
fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.  
Utque duae dextra caelum totidemque sinistra  
parte secant zonae, quinta est ardenter illis,  
sic onus inclusum numero distinxit eodem  
cura dei totidemque plagae tellure premuntur.  
Quarum quae media est non est habitabilis aestu;  
nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit  
temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.  
Imminet his aér; qui, quanto est pondere terrae,  
pondere aquae levior, tanto est onerosior igni.  
Illic et nebulas, illic consistere nubes  
iussit et humanas motura tonitrua mentes  
et cum fulminibus facientes fulgura ventos.  
His quoque non passim mundi fabricator habendum  
aëra permisit; vix nunc obsistitur illis,  
cum sua quisque regant diverso flamina tractu,  
quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.  
Eurus ad auroram Nabataeaque regna recessit

Persidaque et radiis iuga subdita matutinis;  
 Vesper et occiduo quae litora sole tepescunt  
 proxima sunt Zephyro; Scythiam septemque triones  
 horrifer invasit Boreas; contraria tellus  
 nubibus assiduis pluvioque madescit ab Austro. 65  
 Haec super inposuit liquidum et gravitate carentem  
 Aethera nec quicquam terrenae faecis habentem.  
 Vix ita limitibus dissapserat omnia certis  
 cum, quae pressa diu massa latuere sub illa,  
 sidera cooperunt toto effervescere caelo. 70  
 Neu regio foret ulla suis animalibus orba,  
 astra tenent caeleste solum formaeque deorum,  
 cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,  
 terra feras cepit, volucres agitabilis aër.  
 Sanctius his animal mentisque capacius altae  
 derat adhuc et quod dominari in cetera posset.  
 Natus homo est; sive hunc divino semine fecit  
 ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
 sive recens tellus seductaque nuper ab alto 80  
 Aethere cognati retinebat semina caeli;  
 quam satus Iapeto mixtam pluvialibus undis  
 finxit in effigiem moderantum cuncta deorum;  
 pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
 os homini sublime dedit caelumque tueri  
 iussit et erectos ad sidera tollere vultus.  
 Sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus  
 induit ignotas hominum conversa figuras. 85

5. Ovidio, *Metamorfosi*, I, vv. 89-150:

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,  
 sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat. 90  
 Poena metusque aberant nec verba minantia fixo  
 aere legebantur, nec supplex turba timebat  
 iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.  
 Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
 montibus in liquidas pinus descenderat undas  
 nullaque mortales praeter sua litora norant.  
 Nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
 non tuba directi, non aeris cornua flexi,  
 non galeae, non ensis erat; sine militis usu  
 mollia securae peragebant otia gentes. 95  
 Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis  
 saucia vomeribus per se dabat omnia tellus;  
 contentique cibis nullo cogente creatis  
 arbuteos fetus montanaque fraga legebant  
 cornaque et in duris haerentia mora rubetis  
 et quae deciderant patula Iovis arbore glandes. 100  
 Ver erat aeternum placidique tepentibus auris  
 mulcebant zephyri natos sine semine flores.  
 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat  
 nec renovatus ager gravidis canebat aristis; 110

flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant flavaque de viridi stillabant ilice mella. Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso, sub Iove mundus erat, subiit argentea proles, auro deterior, fulvo pretiosior aere.	115
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris perque hiemes aestusque et inaequalis autumnos et breve ver spatiis exegit quattuor annum. Tum primum siccis aér fervoribus ustus canduit et ventis glacies adstricta pependit.	120
Tum primum subiere domos; domus antra fuerunt et densi frutices et vinctae cortice virgae. Semina tum primum longis Cerealia sulcis obruta sunt pressique iugo gemuere iuvenci.	
Tertia post illam successit aënea proles, saevior ingenii et ad horrida promptior arma, non scelerata tamen. De duro est ultima ferro; protinus inrupit venae peioris in aevum	125
omne nefas; fugere pudor verumque fidesque, in quorum subiere locum fraudesque dolique insidiaque et vis et amor sceleratus habendi.	
Vela dabant ventis neque adhuc bene noverat illos navita quaeque diu steterant in montibus altis fluctibus ignotis insultavere carinae communemque prius, ceu lumina solis et auras,	130
cautus humum longo signavit limite mensur.	
Nec tantum segetes alimentaque debita dives poscebat humus; sed itum est in viscera terrae quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris effodiuntur opes, irritamenta malorum.	135
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque sanguineaque manu crepitantia concutit arma. Vivitur ex rapto; non hospes ab hospite tutus,	
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.	140
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti; lurida terribiles miscent aconita novercae; filius ante diem patrios inquirit in annos. Victa iacet pietas et virgo caede madentis.	
ultima caelestum terras Astraea reliquit	145

6. Ovidio, *Metamorfosi*, I, vv. 151-162:

Neve foret terris securior arduus aether, adfectasse ferunt regnum caeleste Gigantas altaque congestos struxisse ad sidera montes. Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum	155
fulmine et excussit subiectae Pelion Ossae. Obruta mole sua cum corpora dira iacerent, perfusam multo natorum sanguine Terram inmaduisse ferunt calidumque animasse cruentum et, ne nulla sua stirpis monumenta manerent, in faciem vertisse hominum. Sed et illa propago	160

contemptrix superum saeva eque avidissima caedis  
et violenta fuit; scires e sanguine natos.

## 7. Ovidio, *Metamorfosi*, I, vv. 324-415:

Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem et superesse virum de tot modo milibus unum et superesse videt de tot modo milibus unam, innocuos ambo, cultores numinis ambo, nubila disiecit nimbisque aquilone remotis et caelo terras ostendit et aethera terris.	325
Nec maris ira manet positoque tricuspidi telo mulcet aquas rector pelagi supraque profundum exstantem atque umeros innato murice tectum caeruleum Tritona vocat conchaeque sonanti inspirare iubet fluctusque et flumina signo iam revocare dato. Cava bucina sumitur illi torilis, in latum quae turbine crescit ab imo, bucina, quae, medio concepit ubi aëra ponto, litora voce replet sub utroque iacentia Phoebo. Tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba contigit et cecinit iussos inflata receptus, omnibus audita est telluris et aequoris undis et quibus est undis audita coërcuit omnes.	330
Iam mare litus habet, plenos capit alveus amnes, flumina subsidunt collesque exire videntur; surgit humus, crescunt loca decrescentibus undis postque diem longam nudata cacumina silvae ostendunt limumque tenent in fronde relictum. Redditus orbis erat; quem postquam vidi inanem et desolatas agere alta silentia terras, Deucalion lacrimis ita Pyrrham affatur obortis: "O soror, o coniunx, o femina sola superstes, quam commune mihi genus et patruelis origo, deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt, terrarum, quascumque vident occasus et ortus, nos duo turba sumus; possedit cetera pontus.	335
Haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae certa satis; terrent etiam nunc nubila mentem. Quis tibi, si sine me fatis erepta fuisse, nunc animus, miseranda, fore? Quo sola timorem ferre modo posses? Quo consolante doleres? Namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet, te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet. O utinam possim populos reparare paternis artibus atque animas formatae infundere terrae!	340
Nunc genus in nobis restat mortale duobus, sic visum superis, hominumque exempla manemus." Dixerat et flebant. Placuit caeleste precari numen et auxilium per sacras quaerere sortes. Nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas, ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes.	345
	350
	355
	360
	365
	370

Inde ubi libatos inroravere liquores vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae ad delubra deae, quorum fastigia turpi pallebant musco stabantque sine ignibus aerae.	
Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque pronus humi gelidoque pavens dedit oscula saxo atque ita: "Si precibus" dixerunt "numina iustis victa remollescunt, si flectitur ira deorum, dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri arte sit et mersis fer opem, mitissima, rebus."	375
Mota dea est sortemque dedit: "Discedite templo et velate caput cinctasque resolvite vestes ossaque post tergum magnae iactate parentis." Obstipuere diu rumpitque silentia voce	380
Pyrrha prior iussisque deae parere recusat detque sibi veniam pavido rogat ore pavetque laedere iactatis maternas ossibus umbras. Interea repetunt caecis obscura latebris verba datae sortis secum inter seque volant.	385
Inde Promethiades placidis Epimethida dictis mulcet et: "Aut fallax" ait "est sollertia nobis, aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent. Magna parens terra est; lapides in corpore terrae ossa reor dici; iacere hos post terga iubemur."	390
Coniugis augurio quamquam Titania mota est, spes tamen in dubio est; adeo caelestibus ambo diffidunt monitis; sed quid temptare nocebit? Discedunt velantque caput tunicasque recingunt et iussos lapides sua post vestigia mittunt.	395
Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?) ponere duritiem coopere suumque rigorem mollirique mora mollitaque ducere formam. Mox, ubi creverunt naturaque mitior illis contigit, ut quaedam, sic non manifesta, videri forma potest hominis, sed uti de marmore coepta non exacta satis rudibusque simillima signis.	400
Quae tamen ex illis aliquo pars umida suco et terrena fuit, versa est in corporis usum; quod solidum est flectique nequit mutatur in ossa; quae modo vena fuit sub eodem nomine mansit;	405
inque brevi spatio, superorum numine, saxa missa viri manibus faciem traxere virorum et de femineo reparata est femina iactu. Inde genus durum sumus experiensque laborum et documenta damus qua simus origine nati.	410
	415

8. Ovidio, *Metamorfosi*, VIII, vv. 616-724:

Obstipuere omnes, nec talia dicta probarunt;  
ante omnesque Lelex, animo maturus et aevo,  
sic ait: "Inmensa est finemque potentia caeli

non habet et quicquid superi volvere peractum est.	
Quoque minus dubites, tiliae contermina quercus collibus est Phrygiis, modico circumdata muro; ipse locum vidi; nam me Pelopeia Pittheus misit in arva, suo quondam regnata parenti.	620
Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim, nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.	625
Iuppiter huc specie mortali cumque parente venit Atlantiades positis caducifer alis.	
Mille domos adiere locum requiemque petentes, mille domos clausere serae. Tamen una recepit, parva quidem, stipulis et canna tecta palustri;	630
sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa consenuere casa paupertatemque fatendo effecere levem nec iniqua mente ferendo.	
Nec refert dominos illic famulosne requiras;	635
tota domus duo sunt, idem parentque iubentque. Ergo ubi caelicolae parvos tetigere penates summisoque humiles intrarunt vertice postes,	
membra senex posito iussit relevare sedili.	
Quo super iniecit textum rude sedula Baucis inque foco tepidum cinerem dimovit et ignes suscitat hesternos foliisque et cortice sicco nutrit et ad flammas anima producit anili	640
multifidasque faces ramaliaque arida tecto detulit et minuit parvoque admovit aëno.	
Quodque suus coniunx riguo collegerat horto, truncat holus foliis; furca levat illa bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno servatoque diu resecat de tergore partem	645
exiguam sectamque domat ferventibus undis.	
Interea medias fallunt sermonibus horas sentirique moram prohibent. Erat alveus illic fagineus curva clavo suspensus ab ansa.	
Is tepidis impletur aquis artusque fovendos accipit; in medio torus est de mollibus ulvis	655
impositus lecto, sponda pedibusque salignis.	
Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo sternere consuerant; sed et haec vilisque vetusque vestis erat, lecto non indignanda saligno.	
Accubuere dei. Mensam succincta tremensque ponit anus; mensae sed erat pes tertius impar;	660
testa parem fecit; quae postquam subdita clivum sustulit, aequatam mentae tersere virentes.	
Ponitur hic bicolor sincerae baca Minervae conditaque in liquida corna autumnalia faece	665
intibaque et radix et lactis massa coacti ovaque non acri leviter versata favilla,	
omnia fictilibus. Post haec caelatus eodem sistitur argento crater fabricataque fago	
pocula, qua cava sunt, flaventibus illita ceris.	670

Parva mora est epulasque foci misere calentes,  
nec longae rursus referuntur vina senectae  
dantque locum mensis paulum seducta secundis.  
Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis  
prunaque et in patulis redolentia mala canistris  
et de purpureis collectae vitibus uvae. 675

Candidus in medio favus est; super omnia vultus  
accessere boni nec iners pauperque voluntas.  
Interea totiens haustum cratera repleri  
sponte sua per seque vident succrescere vina; 680  
attoniti novitate pavent manibusque supinis  
concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon  
et veniam dapibus nullisque paratibus orant.  
Unicus anser erat, minimae custodia villae,  
quem dis hospitibus domini mactare parabant; 685  
ille celer penna tardos aetate fatigat  
eluditque diu tandemque est visus ad ipsos  
confugisse deos. Superi vetuere necari;  
"Di"que "sumus meritasque luet vicinia poenas  
impia;" dixerunt "vobis inmunibus huius 690  
esse mali dabitur; modo vestra relinquite tecta  
ac nostros comitate gradus et in ardua montis  
ite simul." Parent ambo baculisque levati  
nituntur longo vestigia ponere clivo.  
Tantum aberant summo quantum semel ire sagitta 695  
missa potest; flexere oculos et mersa palude  
cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere,  
dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum  
illa vetus dominis etiam casa parva duobus  
vertitur in templum; furcas subiere columnae  
stramina flavescent aurataque tecta videntur  
caelataeque fores adopertaque marmore tellus. 700  
Talia tum placido Saturnius edidit ore:  
"Dicite, iuste senex et femina coniuge iusto  
digna, quid optetis." Cum Baucide pauca locutus,  
iudicium superis aperit commune Philemon: 705  
"Esse sacerdotes delubraque vestra tueri  
poscimus et, quoniam concordes egimus annos,  
auferat hora duos eadem, ne coniugis umquam  
busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa." 710  
Vota fides sequitur; templi tutela fuere,  
donec vita data est. Annis aevoque soluti  
ante gradus sacros cum starent forte locique  
narrarent casus, frondere Philemona Baucis,  
Baucida conspexit senior frondere Philemon. 715  
Iamque super geminos crescente cacumine vultus  
mutua, dum licuit, reddebat dicta; "vale"que,  
"o coniunx" dixere simul, simul abdita texit  
ora frutex. Ostendit adhuc Thyneius illic  
incola de gemino vicinos corpore truncos. 720  
Haec mihi non vani, neque erat cur fallere vellent,  
narravere senes. Evidem pendentia vidi

serta super ramos ponensque recentia dixi:  
"cura deum di sunt et qui coluere coluntur."

**9. Corn. Nep. *Catonis vita*, I-III.**

**I.** M. Cato, ortus municipio Tusculo, adulescentulus, priusquam honoribus operam daret, uersatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna censorius narrare solitus est, Romam demigravit in foroque esse coepit. Primum stipendium meruit annorum decem septemque. Q. Fabio M. Claudio consulibus tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique opera eius existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibal. Quaestor obtigit P. Africano consuli, cum quo non pro sortis necessitudine uixit: namque ab eo perpetua dissensit uita. Aedilis plebi factus est cum C. Heluio. Praetor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaestor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poetam deduxerat, quod non minoris aestimamus quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

**II.** Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte prouinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea triumphum deportauit. Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus consul iterum, cuius in priori consulatu quaestor fuerat, uoluit eum de prouincia depellere et ipse ei succedere, neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio principatum in ciuitate obtineret, quod tum non potentia, sed iure res publica administrabatur. Qua ex re iratus senatui, consulatu peracto, priuatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, seuere praefuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animaduertit et multas res nouas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum incipiebat pullulare. Circiter annos octoginta, usque ad extremam aetatem ab adulescentia, rei publicae causa suspicere inimicitias non destitit. A multis tentatus non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad uixit, uirtutum laude creuit.

**III.** In omnibus rebus singulari fuit industria: nam et agricola sollers et [rei p.] peritus iuris consultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit. Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile reperiri possit neque de Graecis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adulescentia confecit orationes. Senex historias scribere instituit. Earum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani, secundus et tertius unde quaeque ciuitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines uidetur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos: atque horum bellorum duces non nominauit, sed sine nominibus res notauit. In eisdem exposuit, quae in Italia Hispanisque aut fierent aut uiderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina. Huius de uita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud uolumen delegamus.

**10. Corn. Nep. *vit. Hann.* 12, 4** Sed nos tempus est huius libri facere finem et Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri praferendi sint, possit iudicari.